



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. xli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De lignis dedicatæ Ecclesiæ, ad quos vsus verti debeant. Cap. XXXIX.

Ex decr. Ygini pæ, ca. 3. **L**igna Ecclesiæ dedicatæ non debent ad aliud opus profectum in monasterio fratribus, in laicorum operibus debent admitti.

Quid episcopo agendum sit, si plures hæredes de vna contenderint Ecclesia. Cap. XL.

Ex cõcil. Tribur. cap. 20. **S**i plures hæredes contenderint de communi Ecclesia auferri iubeat episcopus reliquias sacras & Ecclesia claudi, donec communi consensu & consilio episcopi tuant ibi presbyterũ, & vnde viuat.

De eadem re. Cap. XLI.

Ex decr. Gre. pæ. cap. 5. **D**E Ecclesiis quæ inter cohæredes sunt diuisæ conseruandum est, quatenus si secundum prouidentiam admonitionem episcopi ipsi cohæredes eas voluerint seruire, & honorare faciant. Sin autem hoc contradixerint in episcopi potestate maneat, vtrum eas ita consistere permittat, aut reliquias inde auferre velit.

De Ecclesiis inter hæredes diuisis. Cap. XLII.

Ex cõcil. Medio-matricis, cap. 1. **P**erlatum est ad sanctam synodum, quod inter hæredes Ecclesiæ in rebus propriis constitutæ diuidantur tanta per eandem diuisionem similtas oriatur, vt de altari quatuor partes fiant, & singulæ partes, singulis habeant presbyteros, quod sine discordia & similtate modo fieri potest. Vnde nobis visum est, quod huiusmodi Ecclesiæ inter hæredes diuidi non debeant, & si in contumaciam venerint, & similtates inter eos surrexerint, quas sacerdos suo ibi officio canonicè fungi nõ possit, accipiatur ab episcopo ciuitatis vt nullo modo ibi Missæ solennia celebrentur, donec illi ad concordiam redeant. pari voto atque cõcilio Ecclesia illa sacerdotem canonicum habeat, qui liberè suum ministerium ibi peragere possit.

Vt singuli presbyteri singulas habeant Ecclesias

Caput XLIII.

Ex decr. Dionysii pa. ca. 4. **D**E Ecclesiis ergo parochianis, vnde apostolicè constitutum est, vt consulere voluisti, qualiter sint custodiendæ ac seruandæ sacerdotibus, nihil tuæ charitati melius nobis visum est, quam vt intimare, quàm vt sequaris, quod nos in Romana Ecclesia nup̄ egisse cognoscitur. Ecclesias verò singulas singulis